



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Ioannis Cohlæi De Actis Et Scriptis Martini  
Lvtheri Saxonis**

**Cochlaeus, Johannes**

**Parisiis, 1565**

Reverendi In Christo Patris F. Ambrosii Catharini Politi, Episcopi  
Minorensis, ad Lectorem hortatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29789**

## REVERENDI IN

Christo Patris F. Ambrosii Catha-

rini Politi, Episcopi Minoren-

sis, ad Lectorem

hortatio.

**I**lam Apostolicæ tubæ pronūcia  
tionē: Oportet hæreses esse, ut qui  
probati sunt, manifesti fiant, cum  
præteriorum temporum historia, tū ea,  
quæ hac nostra tempestate sub oculis no-  
stris vidimus, & veridicam & piis animis  
periucundam esse, testantur. Nam ab ea  
die, qua cœperunt prauahæreticorum do-  
gmata in Ecclesiis pullulare, insurrexerūt  
viri, qui se se opponentes, veluti murum i-  
nexpugnabilem, insulantibus portis In-  
feri, & certamen huiusmodi fortiter obeū-  
tes, præclarām victoriam, & amplissima  
de hostibus spolia, magna cum laude retu-  
lerunt. Quia enim ante oculos Dei proba-  
ti erant, oportuit etiam per illorum præ-  
clara opera manifestari, & laborum præ-  
miis affici, & exemplum aliis præberent,  
& per ora multorum ingentes & immor-  
tales

Iota. 5.

II

tales gratiæ omnipotenti & clementissi-  
mo Patri agerentur: qui multa nostra &  
magna mala, sua pietate maioribus bonis,  
quæ inde nouit sapientissime elicere com-  
pensat. Inter eos vero qui non vulgarem  
in Ecclesia Dei consequuti sent laudem,  
Dominum Io. Coc. non postremum sibi  
vendicasse locū, ut parcissime de ipso lo-  
quar, amice Lector, non meum solummo-  
do, sed omnium piorum, & qui maxime  
veritati congaudent, iudicium est. Quis e-  
nim illum (modo spiritalem oculum ha-  
beat) in suis libris contemplans, non ag-  
noscat in primis virium candidi pectoris  
spectatae fidei, sanæ atque peregrediæ do-  
1. Cor. 12.  
ctrinæ: Vidi enim ego illum non de fa-  
cie, ut cupiebam, & eius voces interioris  
hominis audiui, dum nonnulla legerem ab  
eo exarata volumina, quæ prorsus in offe-  
so licet percurrere. Ita certè mihi visum  
est: ita etiam testari possum, & libenter te-  
starer, nisi suamet ipsa opera sibi multo lu-  
cidius attestarentur: Delector tum & ipse  
præbere meum qualecunque testimoniū  
quanquam non me latet, eundem D. Co-  
chlæum posse dicere: Ego maius habeo  
testimonium Catharino. Opera quæ ip-

Se feci, illa testimoniu[m] perhibet de me. Et  
ideo ad hec ipsa remitto lector[em], vt aliquā  
do dicat mihi, illā nō propter tuā loquelā  
credo, sed vidi, & scio. Multa profecto sūt  
quæ scripsit piè, succulenter, & hac quidē  
tēpestate maxime opportune ac necessa-  
rio, quæ p[re]ter singularē doctrinā, habet  
quoque historiā nostrorū temporū, vnde  
& prudentiā liceat adipisci. Verū, quæ ad  
nomē Christianū (vt audiui) pertulit, mul-  
to etiā laudabiliora sunt, vt ex parte pos-  
sit cū Apostolo gloriari & dicere. Invigi-  
liis multis, in itineribus s[ecundu]m periculis  
latronum, periculis ex genere, periculis  
in ciuitate, periculis in solitudine, pericu-  
lis in falsis fratribus, in labore & erumna  
ānos fermē 30. cū inimicis crucis Christi  
decertās animo & corpore, pro electis  
Dei, vt et ipsi salutē cōsequantur. Hæc lu-  
bens scripsi non quidem rogatus. Non e-  
nīm ex eorum numero ille est, qui cgeat  
commendatiis literis, ac testimoniis e-  
mendicatis sed ego ipse rogādo potius  
obtinui, vt in fronte suorum operum pos-  
sc[er]e præfari aliquid ad lectorem. Videor  
enīm mihi, dum adeo de re Christiana be-  
ne meritum collaudo, nonnullam mihi

de substantiam glorię huius partem ca-  
pere absque illius detrimento , quanquę  
nec verę eius gloria est,cum nec qui plan-  
tat sit aliquid,neque qui rigat, sed qui de-  
dit incrementum , Deus optimus & cle<sup>1. Cor. 3.</sup>  
mentissimus Pater. Ipsi ergo laus, ho-  
nor , & gloria sempiterna. Vale  
pie lector, et de multis alienis la-  
boribus mete paratum  
tibi fructum ad  
vitam.